

2550

39

UVA. BHSC. 1yR_239_1

Alleluia. ✠ Confitemini Domino,
quoniam bonus: quoniam in sæcu-
lum misericordia eius.

*Sequētia sancti Euangélij
secūndūm Lucam.*

IN illo tēpore: Dixit Iesus di-
scipulis suis. Quis vestrūm ha-
bēbit amicum, & ibit ad illum
mēdia nocte, & dicet illi. Amice,
accommoda mihi tres panes,
quoniam amicus meus venit de-
via ad me, & non habeo quod
ponam ante illum. Et ille dein-
tus respondens dicat. Noli mihi
molestus esse: iam ostium clau-
sum est, & pueri mei mecum sunt
in cubili: non possum surgere &
dare tibi. Et si ille perseverauerit
pulsans: dico vobis, & si non da-
bit illi surgens, eo quod amicus
eius sit, propter improbitatem
tamen eius surget, & dabit illi
quotquot habet necessarios. Et

astitit à dextris pauperis, vt saluam
faceret à persecutibus animam
meam, alleluia.

Secreta.

HÆc mūnera, quæsumus,
Dómine, & vincula nostræ
prauitatis absoluant, & tuæ nobis
misericordiæ dona cōcilient. Per
Dóminum nostrum Iesum Chri-
stum Filium tuum: qui tecum ui-
uit & regnat in vnitáte spūs
sancti Deus: per ómnia sæ-
cūlorum. Amen.

Tua Domine. **protege. ve** **O**bla-
tis. **pagina 284.**

Communio. **p**etite, & accipie-
tis: quærite, & inuenietis: pulsate, &
aperietur vobis: omnis enim qui pe-
tit, accipit; & qui quærit, inuenit; &
pulsanti aperietur, alleluia.

Postcommunio.

Vota nostra, quæsumus, Dó-
mine, pio fauóre profēque-

Neare no 108

ramen eius surget, & dabit illi
quotquot habet necessarios. Et
ego dico vobis: Pécite, & dábitur
vobis: quærite, & inueniétis: pul-
sáte, & aperiétur vobis. Omnis
enim qui petit, áccipit: & qui
quærit, ínuenit: & pulsánti ape-
riétur. Quis autem ex vobis pa-
trem petit panem: nunquid lá-
pidem dabit illi? Aut piscem:
nunquid pro pisce serpéntem da-
bit illi? Aut si petierit ouum: nun-
quid pórriget ei scorpíonem? Si
ergo vos, cùm sitis mali, nostis
bona data dare filiis vestris: quan-
to magis pater vester de cælo da-
bit spíritum bonũ peténtibus se?

Offertorium. **C**onfitebor Do-
mino nimis in ore meo: & in me-
dio multorum laudabo eum, qui

Vota nostra, quæsumus, Do-
mine, pio fauóre proféque-
re: vt dum dona tua in tribulatió-
ne percípimus, de consolatióne
nostra in tuo amóre crescâmus.
Per Dóminum nostrum Iesum
Christum Filium tuum: qui te-
cum viuit & regnat in vnitáte spí-
ritus sancti Deus: per ómnia sæ-
cula sæculórum. Amen.

Sumptis Domine. **Q**uæsumus
Domine Deus. **vel H** æc nos. **vt fu-**
prà, pagina 284.

I N V I G I L I A

Ascensionis.

Si hodie occurrat Festum sim-
plex, fit de ipso tantum comme-
moratio in Missa. Si occurrat Fe-
stum duplex, vel semiduplex,

Missæ

IN VILITATE SPIRITUS SANCTI DEUS: PER
OMNIA SECULA SACULORUM. Amen.

Secunda Oratio de Rogationibus, Præsta quaesumus. Tertia de sancta Maria, Concede. Vbi autem in Ecclesiis collegiatis dicitur alia quoque Missa de Rogationibus, secunda Oratio erit de S. Maria: tertia, contra persecutores Ecclesie. vel pro Papa, vt supra post Dominicam in Octaua Paschæ, pagina 284.

Lectio Epistolæ beati Pauli
Apóstoli ad Ephésios.

FRATRES: Vnicuique nostrum data est grátia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum,

trem, alleluia.

Sequentia sancti Evangelij
secundum Ioannem.

IN illo tempore: Subleuatis Iesus oculis in cælum, dixit. Pater, venit hora, clarifica filium tuum vt filius tuus clarificet te, sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificauit super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus

fieret,

~~es de la Real Academia de la Historia~~
~~de la Real Academia de la Historia~~

Principia quedā ex quibus

procedendum est in disputatione ad manifestan-
dam et defendendam iusticiam Yndorum;

Per Episcopū, S. Bartholomeū a La
saus ordinis predicatorū/collecta.

Es de la Real Academia de la Historia de Valladolid con exco

Primum princi- ptum.

Dominium rerum ho-
mine inferiorum com-
petit omnibus hominibus
de mundo nullo excluso fide-
li vel infideli ex divina iusti-
tia et ordinatione in comu-
ni: in particulari vero ex iu-
re naturali et gentium.

n. dixit germinet terra her-
bam viuentem: et ex tali disc-
to data est potestas arbori-
bus germinandi: dixit et
hominibus dominamini
piscibus maris etc. Et ex ta-
li verbo similiter data est
potestas hominibus super
res creatas et facti sunt domi-
earum quantum ad usum et p-
rietatem: quoniam ipse dixit et
facta sunt. ps. 148. Item
deut. 10. Ne videas solem et

*munion con
trala Porto
na que le
extraisa
por quales
quier Ca
usa =*

Probatur primum. s. q
fuerit ex divina iustitia et
ordinatione/genesis, 1. cap.
faciamus hominem ad ima-
ginem et similitudinem nostram
et preest piscibus maris et
volatilibus celi et bestiis
vniuersaeque terre: et infra re-
plete terram et subijcite eas
et domiamini piscibus ma-
ris etc. In quibus quidem
verbis ostenditur: quod deus
nature institute humane ta-
lem indidit potestatem: qui.

re deceptus adores ea que
creauit dominus deus tuus in
ministerium cunctis genti-
bus que sub celo sunt. Item
ps. 8. omnia subiecisti sub
pedibus eius oues et boues.
etc. et ps. 113. celum celi do-
mino terram autem dedit filiis
hominum. 2. s. q sit de iure
naturali: patet. Quia ea que
deus in prima rerum omni-
um creatione tribuit vni-
cuique rei et ordinauit ad i-

A

Es de la Biblioteca
de la Real Uni-
uersidad de Va-
ladolid.

illam secundum rationem sue nature et conditionis: dicitur pertinere ad eam de lege naturali ex diuina prouidentia: et debetur eidem naturali ordine: vel quod sit ad uniuscuiusque rei speciem constituendam ut materia et forma que sunt propter speciem et constituunt ipsam: vel ad illius perfectionem: ut quod homo habeat manus et quod alia animalia seruiant ei: vel ad eius conseruationem ut sanitas et similia. Unde unicuique rei create debetur naturaliter quod est ordinatum ad ipsam secundum ordinem diuine sapientie: quo fit ut de iustitia debeatur uniuscuique rei et suum esse dicatur donec illud quod ad ipsam ordinatur. Et quia ex diuina prouidentia omnia inferiora homine naturali ordine in hominis usum ordinantur: consequens est ut homo naturale dominionis super ea obtineat et habeat: et secundum diuinam iustitiam homini debeant. Propter quod dicit Philosophus. 2. ethico. Nos sumus finis quodammodo

omnium et utimur tanquam propter nos omnibus que sunt. Et Dion. 8. d. diu. nomi. inquit. Debet videre in hoc veram dei esse iustitiam quod omnibus tribuit propria secundum uniuscuiusque existentium dignitatem: et unicuiusque naturam in proprio saluat ordine et virtute. Et philosophus probat. 1. poli. quod possessio rerum exteriorum est hominis iusta et naturalis: ponens exemplum in venatione animalium siluestrium: quia per hoc inquit homo vendicat sibi quod est naturaliter suum. De his. S. tho. 1. q. 96. 1. cor. 7. q. 2 1. 3. et 22. q. 64. 1. cor. 7. q. 66. 1. et. 2. cor. et. lib. 3. contra genti. cap. 112. et. cap. 127. et opusculo. 20. li. 3. cap. 9. et in alijs locis. Tertium vero (videlicet quod dominium rerum inferiorum competat homini / dicitur iure gentium) apparet ex hoc: quia concessis rebus creatis a diuina bonitate seu per diuinam prouidentiam in communi / cum ceteris hominibus a principio in prima hominis institutione et data eis potestate siue

licētia captēdi & vtēdi illis: re/
quilibet homo particula
ris potestātē habuit p̄occu
pādī possessionē cuiuscun
qz rei q̄ a principio erat cō
munis: & efficere suā p̄ solā
possessionē: imo eo ipso q̄
preoccupabat eā ex diuina
cōcessiōe efficiebat sua: vel
q̄ occupasset illā prohibito
suo si sol⁹ erat/vel ex cōmu
nī cōdicto siue placito si iā
in societate cū alijs erat/vī
delicet vt tales res d̄inceps
haberet proprias. Unde cō
dictū vel placit⁹ cōmunis
siue totī⁹ cōmunitatis & mul
titudinis quod est ius gē
tīū a naturali ratione deri
uatū itroduxit & app̄bavit
q̄ terre & res diuisderent &
app̄prietarēt: vt vnusquisqz
sciret quod suū p̄prietū esset
& curā haberet d̄ illo: p̄pter
pacificā cōuersationez ho
minū simul cōmorātīū & a
lias vtilitates q̄ assignant
a doctorib⁹. Unde ext̄sic fac
t⁹ est vnusqz d̄ns directus
particularis earz rez quas a
p̄ncipio d̄ cōmunitib⁹ & q̄ in
nulli⁹ possēsiōe erāt sibi oc
cupauerat/tum ex diuina or
dinatione/ tū de naturali iu

re/ tū etiā ex cōmuni cōdic
to siue placito & app̄batio
ne hominū q̄ simul tūc erāt
vī postmodū ad cōiūēdū
cōueniebāt. Verū qz actus
iustitie quo aliq̄d alicuius
suū efficit: p̄cedit actū iusti
tie q̄ est reddere vniciqz
quod suū est: & q̄libet h̄o ef
fect⁹ est d̄ns rerū inferiorz
ex iustitia et ordinatione
diuina / naturali lege & gē
tīū iure vt p̄batū est: Ideo
ad iustitiā pertinet huma
nā quēlibet hominē in do
minio suarū rez conserua
re inuolabilī: quod est red
dere vniciqz quod suū est

Ex hoc princi

p̄cio sequitur. 1.

A pud infideles iuste es
se rerum dominia.

Probatur quia indiffe
renter pro omni rationali
creatura & in ministerium
cunctis gentibus/ fecit de
us alias creaturas homine
inferiores (Ut patet ex dic
tis) nec distinxit inter fide
les vel infideles: ergo nec
nos distinguere debemus.

A ij

C Secundo se
quitur.

Non licet cuiuscunq; p-
uate psonae quoquo
modo: nec publice absq; le-
gitima causa / tollere rē suā
alicui hominī fidelī vel in-
fidelī inuito : postq; iam
effectus est dñs.

Probatur. Quia nemi-
ni licet etiā vtentib; potes-
tate publica facere iniusti-
tiam : que iustitie opponit:
per quā vnusquisq; cōser-
uatur in iure suo: Nec vio-
lare ordinationē diuinā /
vltius naturale / nec gētū:
z si occulte talē rē auferret
cōmitteret furtū / quod op-
pōitur iustitie q̄ reddit vni
cuiq; quod suū est in q̄tuz
furtuz est acceptio vel cōtra-
ctatio rei aliene inuito do-
mino. Si vero apte z vio-
lēter cōmittit rapinā / que
quādā violentiā z coactio-
nē importat: per quā cōtra-
iustitiam alicui auferitur
quod suū est / S. tho. 2. 2. q.
66. s. c. et 8. per totum. zc.

C Secundum
principiū,

Dominū vnus homi-
nis sup alios homines
pat importat officiū cōsu-
lēdi z dirigēdi quod alias
est iurisditio: est d iure na-
turali et gentium.

Probatur: quia cuiuscunq;
qz est: aliqd naturale: opor-
tet etiā esse naturale id / si-
ne quo illud haberi nō po-
test: natura enim nō deficit
in necessarijs: secunduz phī-
losoph. 3. de aia. Sed natu-
rale est hominī q̄ sit aīal so-
ciale quod ex hoc cōsēditur
quod vn; homo sol; nō suf-
ficit ad omnia q̄ sunt hu-
māe vite necessaria. Ergo
ea sine quib; societas hūa
cōseruari nō potest: sunt
hominī naturaliter conue-
niētia: huiusmodi autem
est habere aliquē qui presi-
deat z regat totā societa-
tem: quia sine regēte vlt gu-
bernante societas humana
cōseruari non potest. Pro-
batur hoc: quia multis exis-
tētibus hominib; et vno
quoq; id quod est sibi con-
gruum prouidente multi-
tudo in diuersa dispergere-
tur: nisi etiā esset aliquis

de eo quod ad bonum multitudinis pertinet curam habes. Sicut corpus hominis et cuiuscumque animalis deflueret: nisi esset aliqua vis regitua communis in corpore que ad bonum commune membrorum omnium intendere: non enim idem est quod proprium et quod commune: secundum propria quidem differunt: secundum autem commune ununtur: diuersorum autem diuersae sunt cause. **D.** portet igitur propter id quod mouet ad proprium bonum uniuscuiusque esse aliquid quod moueat ad bonum commune multorum. Multi enim per se intendunt ad multa: unum vero ad unum: et ideo dicit philosophus in primo politici. quod quodcumque multa ordinantur ad unum: semper inuenitur unus ut principale dirigens: sicut in diuersis rebus naturalibus uideri poterit. Ita in uniuersitate corporum per primum corpus. scilicet celeste/ alia corpora ordine quodam diuine prouidentie reguntur: omniaque corpora per creaturam rationalem secundum

Augustinum lib. 3. de trinitate. in uno etiam corpore humano anima regit corpus: atque inter anime partes irascibilis et concupiscibilis ratione reguntur. Item inter membra corporis unus est principale quod omnia mouet aut cor aut caput. **D.** portet igitur in omni multitudine naturaliter esse aliquid regituum: naturale ergo est quamlibet hominum societatem seu sociale uitam multorum habere rectorem qui intendat et procuret bonum commune: alias enim communitas non seruaretur sed dispergeretur teste Salomone: prouer. 21. ubi non est gubernator: populus corrumpet: propter quod dicitur ecclesi. 17. in unaquamque gentem posuit rectores. Ergo dominus unus hominis super alios in quantum importat officium consulendi et dirigendi: est de iure naturali: et confirmat quia ad regendum aptos natura prouidit aliquos homines ut patet per philosophum. 1. politico. ubi dicit quod vigentes ingenio naturaliter sunt domini et rectores aliorum: deficientes uero a

ratione naturalit sunt ser-
 uat. s. apti vt obedient illis
 ⁊ ab eis regant ⁊ dirigant
 ex predicta necessitate vi-
 uendi. s. in societate ⁊ p cō-
 sequens habendi rectorem
 ⁊ ex aptitudine in aliqb⁹:
 videntes homines se in cō-
 muni viuere non posse abs-
 qz rectore ex cōmuni cōsen-
 su seu condicto toti⁹ multi-
 tudinis aliquē vel aliquos
 elegerūt a pncipio q vni-
 uersam multitudinez diri-
 gerēt ⁊ gubernarent atqz
 pncipalit curam gererēt
 toti⁹ boni cōmunis. Et sic
 patet q dominiū hominis
 sup homines fuit inductū
 seu inclinatus a iure natu-
 rali ⁊ perfectū seu etiāz cō-
 firmatū siue in actu positū
 de iure gentiū. Hec probā-
 tur in. l. ex hoc iure ibi dis-
 perse sunt gentes ⁊ regna
 condicta. cum ibi no. pdoc-
 to. maxime baldū. ff. de ius-
 ti. ⁊ iure. ⁊ test argu. 8. q. 1.
 cap. licet. et cap. audact. et
 de elec. cap. 1. ⁊ cap. quia
 propf. ⁊ 93. disti. cap. legi-
 m⁹. Et hoc modo popul⁹
 Roman⁹ a pncipio elegit
 imperatorē cōcedens ei to-

tā suā potestatem: nōtamē ad-
 mit sibi suā libertatē ⁊ trā-
 stulit imperiū ⁊ iurisditio-
 nē vt. ff. de origi. iur. l. 2. §
 deinde cū essent. ⁊. §. nouis-
 sime. et. ff. de consti. prin. l.
 1. et insti. § iur. na. gen. et
 ibi. §. Sed quod pri. ⁊. C.
 § ref. iur. enucle. l. 1. §. sed
 et hoc studiosum. Et quo-
 patet quod iurisditio ⁊ po-
 testas regū i populo ⁊ mul-
 titudine erat ei⁹ ⁊ ab ipsa
 habuerunt inmediate: vt
 in autē. § instr. cau. ⁊ fide.
 §. ⁊ quia impoz. ⁊ in autē
 quo. opoz. epif. in pri. hoc
 duntaxat modo. s. per po-
 puli electionē originē ha-
 buit quodlibet iustū domi-
 niū siue regū iurisditio su-
 per homines in toto orbe
 ⁊ in cūctis nationib⁹: alias
 iniustū ⁊ tirānicū fuit: pef-
 illud quod ex speciali dei
 ordinatione fuit constitu-
 tū seu inductū: vt in po-
 pulo Israēlitico. Et patet
 1. regu. 1. ⁊ 8. c. ⁊ deu. 17.
 vbi nihilomin⁹ etiā con-
 currit electio ⁊ cōsensus/ si-
 ue a pbatō toti⁹ populi cū
 dei mādato seu ordinatio-
 ne vt in. §. ca. licet apparet

Ex hoc secūdo

principio sequitur. 1.

A pud infideles sūt etiā dominia ⁊ iurisdictiones super homines inq̄tū importat officiū cōsulēdi.

Probat: quia ōnis homo tā infidelis q̄ fidelis est animal rationale ⁊ sociale ⁊ percōsequēs societas seu viuere in societate est omnib⁹ hominibus naturale. Ergo et habere regem seu rectores erit omnibus infidelib⁹ vl' fidelibus naturale. Probat consequētia: qz ius naturale ⁊ ius gentiū est cōmune omnibus hominibus ⁊ apud omnes generale vt. 1. disti. cap. ius naturale. Ubi dicit ius naturale est cōmune omnium nationuz ⁊. ca. ius gentiū: dicit hec idē ius gētiū appellat: quia eo iure omnes regētes vtunt: hec ibi. Patet igit q̄ apud homines infideles vl' fideles indifferēnt quantū ad ius naturale ⁊ gentiū attinet / iuste et naturalit' habent dñia vni⁹ us hominis super alios / ⁊

iurisdictiones / rectores / vl' reges / caciques / vel tatoanes / seu quocunqz alio nomine censeant siue appellentur: qui dirigant ⁊ regant cōmunitates ⁊ hominum multitudines atqz curam habeāt boni cōmūis. Hūc dicimus esse regē cui summa regiminis in rebus humanis a tota societate vel multitudine cōmittitur: secunduz. S. tho. lib. 1. de regē. p̄nci. cap. 14. verum qz precipuus actus regie potestatis est iudicare: vt. 23. q. 5. cap. Regū officiū. Iudicium autem est recta determinatio eius quod est iustum: vnde iudicare est ius dicere: iustum vero a iure dicit ⁊ inde potestas iudicādi: iurisditio vocata iure dicendo: ius autē dicitur a iure possidendo: vt in cap. ius dictum est: de verbo. significatio. 14. q. 4. quid dicam. inf. vnde quēlibet regē vl' multitudinis rectorē oportet habere iurisdictionem tanq̄ necessariam ad exercitium regie vel gubernatorie potestatis: quam tamen cū po-

A iiii

testate ipsa transtulit in ip-
sum ipsa cōmunitas in qua
originaliter residebat et a
qua (vt supradictus est) in
reges seu rectores pcessit.

¶ Secundo se- quitur.

Non licet cuiq; priua
te psona quoquo mo-
do: nec etiā publice sine le-
gitima causa auferre vel
vsurpare seu etiā impedi
re alicui dño regi vel iudi-
ci fideli vel infideli non re-
cognoscenti superiores: do-
minū vñ iurisdictionē qm
habet aut exercet sup suos
subditos.

¶ Probat: quia non li-
cet etiā vtentibus publi-
ca potestate facere iniusti-
tiam vñ iniurias alicui eti-
az infideli: que iniuria fie-
ret tali dño auferendo vel
priuando seu etiā impedi-
endo ius seu dñituz & iuris-
dictionez illi: que iura ha-
bet sup proprios subditos.
Euz liceat nulli trāsgredi
seu facere contra ius natu-
rale vel gentiuz: per que iu-
ra pertinet ad temporalem

dominus eiusmodi domi-
nuz i^o siue iurisditio (vt
iam probatū est) fieret eti-
am iniuria subditis illius
dñi. Interest. n. subditoz
habere dominuz propriū &
naturalē ex propria patria
& gente sua: et q̄ eoz domi-
nus sit liber/ et libere posse
sit subditos gubernare/ et
prospicere vtilitati suere
publice. Et legi. et no. in. c.
dilecti. de maio. et obedi. p.
omnes docto. et Bal. et alij
in cap. 1. s. preterea duca-
t^o: de prohibi. seu. alie. per
feder. et. cap. 1. s. 2. d. l. cor
et C. de dona. l. 2. &c.

¶ Tertium pñ- cipium.

Omnis homo / omnis
res / omnis terra / om-
nis iurisditio / et omne re-
gimen / siue dominuz tam
rez q̄ hominū d̄ quib^o pre-
dicta duo principia loquū-
tur: sunt vñ saltez presumū-
tur libera / nisi contrarium
probetur.

¶ Probat: quia ab ori-
gine creature rationalis /
omnes liberi nascebantur

vt in .l. manumissiones. ff. de iusti. et iur. et in natura pari deus nō fecit vnus alteri? seruū sed par omni b? liberū cōcessit arbitriū: r ratio est q̄a creatura rationalis (quantū est d se) nō ordinat vt ad finem ad aliam vt homo ad hominem prout. S. tho. dicit. 2. senten. dist. 44. q. 1. ar. 3. Itā libertas est i? insitus hominib? de necessitate r per se ab exordio rationalis nature et sic de iure naturali vt i. dist. ius naturale. ibi omniū vna libertas: seruitus autē est accidentalis actus iniunct? hominib? a casu r a fortūa: vnū quodq; aut consequit spectē secundū illud quod est per se non secundum illud quod est per accidens. Hoc autē dicitur per accidens esse quod est p̄t̄ int̄tionē vt patet. 2. phis. 7. S. tho. 12. q. 71. 1. cor. iudiciū aut de reb? dā dūz est secundū illud quod est per se / r non secundum illud quod est per accidens Ergo non probato q̄ aliq; vel aliquid sit seruus aut p̄ utim: iudiciū dādū est pro

libertate r secundū libertatem. Ergo presumēdus est q̄ homo sit liber: nisi p̄bet cōtrariū. Et q̄a iuramētū fidelitatis et fidelitas ipsa est q̄dam seruit? vt. ff. d vsu fru. l. sicut. s. 1. r no. iglo. constat q̄ nemo est alterius homo vel vassallus seu fidelis nisi hoc esse p̄bet et probat esse probato q̄ debeat esse: secundū. Bal. in .l. libertas. ff. de iure psonarum r idē bal. in .l. 1. C. de serui. r aqua plu. similiter dīcēdus est de reb? inanimatis: vt sūt terra / p̄dia r q̄libet alia res: quia cū omnis res d iure naturali p̄meuo originatī libera fuerit: semper libera est vel presumit nisi serua vel obligata p̄betur vt instit. d rerū. d iur. s. fe re r in .l. ex hoc iure. ff. d iusti. et iur. r instit. de liberti. s. 1. r. C. de proba. l. siue possideris. r bal. dicit in. d l. 1. C. de serui. r aqua plu. p̄dia r terras originatī esse liberas r q̄ hoc vnus quisq; debet scire / facit. c. nimis de iur. iuran. et que ibi no. doctores. Et facit ad hoc auctoritas gen. 47.

H v

vbi habet q̄ deficientib⁹
 pecunia ⁊ pecoribus egip
 tijs tēpore famis maxime
 ad emendus triticū a rege:
 Joseph emit ab eis omnē
 terram Egīpti ⁊ possessio
 nes/subiecit q̄z eam. Pha
 raoni et cunctos populos
 ei⁹ a nouissimis terminis
 egīpti vsqz ad extremos fi
 nes ei⁹ pref terraz sacerdo
 tum. Et ex eo tempore vsqz
 in presentē diem in vniuer
 sa terra Egīpti regib⁹ qui
 ta pars soluebat: et factum
 est quasi in legē absqz ter
 ra sacerdotali: q̄ libera ab
 hac cōdicōe fuit. Hec ibi.
 Si ab illo ergo tēpore ep̄
 ta est terra ⁊ possessiones p
 Pharaone ⁊ de ea solueba
 tur quinta pars. Ergo an
 te libera erat. ⁊c. **U**id gl. d
 hoc. in cap. q̄. de vsur. li
 ber. 6. apparet etiā hac ra
 tione cum omnis res vlt ter
 ra anteq̄ occuparet in nul
 li⁹ bonis esset vt in ist. d re.
 diu. 5. fere. et. ff. d acqui.
 posses. l. 1. Ergo omnis res
 ante occupationem libera
 erat. **D**e regimine et
 iurisdictione idē oportet
 concludere / his rationib⁹
 .i. cum ex cōsensu libero po
 puli vlt cōdicto totius mul
 titudinis originalit̄ a prin
 cipio processerint reges vlt
 rectores populoz ⁊ omnis
 iurisdictione. Ergo null⁹ an
 te erat rex rector vel dñs po
 puloz. Ergo ille erat liber
 hoc est nullū aliū habēs ex
 tra se vlt super se superiorē:
 et super homines liberos q̄
 consensu libero eum elege
 rūt iurisdictionē supremā
 ⁊ regimē habens: si com
 missa fuit eidē a populo sū
 ma regiminis vt suppono
 m⁹. Itē popul⁹ a principio
 originalit̄ fuit liber vt taz
 patet. Ergo nō poterat rec
 tor ab ipso elect⁹ populo o
 riginalit̄ esse nisi liber.
 Pretea seruitus vlt obliga
 tio taz rerū q̄ hominū aut
 fidelitatis iuramētū homi
 nis ad hominē: introduc
 ta fuerunt ex iure gentiuz
 secundario vt no. docto. in
 de. l. ex hoc iure. Ergo ex p̄
 meo iure fuit tan rerū q̄
 hominuz vna omniū liber
 tas. Ea namqz sunt de iure
 gentiuz primeuo q̄ ab epoz
 dio rationalis creature et
 mor vt homines esse cepe⁹

runt producta sunt inesse: vt sunt fidē ⁊ pacta serua-
re et omniū vna libertas ⁊
similia. Et hoc appellat ius
gentiū p̄meum. Alia vero
que ab exordio creature ra-
tionalis producta nō sunt
in esse: sed fuerunt statuta
postea ex crescente hominū
malicia vt seruitutes/ bel-
la/ captiuitates ⁊ huiusmo-
di: hoc vocatur ius gentiū
secundariū. de his no. doc-
to. iusti. de iur. na. gen. et
cīui. et insti. de rerū diui.
et in. di. l. ex hoc iure et in
cap. si diligenti. § prescrip-
et in cap. Que in ecclīaz.
de constitu. ⁊ in multis ali-
js locis vtriusq; iuris.

Ex hoc tertio

principio. Sequitur
Quecunq; nationes ⁊
populi q̄tūcumq; in
fideles habentes terras et
regna separata que a prin-
cipio illa incoluerūt seu ha-
bitauerunt: sunt populi li-
beri nullū de iure extra se
p̄f suos recognoscentes
superiores: ⁊ eorū superior
vel superiores habent ple-
nissimam potestatem ⁊ iura

sup̄mi principis in regnis
suis: que videlicet nunc ha-
bet in imperto imperator.

Probat. 1. pars. 1. per.
1. sequela secūdi principij
vbi p̄batur est apud infide-
les esse legitime dominia
⁊ iurisdictiones: quia natu-
ralit̄ sunt hominū societati
et congregationi conue-
nientia et necessaria ad di-
rigendū ⁊ regēdū totaz
cōmunitatē. Libertas etiā
est cōmunis et naturalis d̄
nib⁹ hominib⁹ per. 3. p̄no-
ci. Ergo sunt populi liberi
⁊ rectores siue reges eorū
oportet liberos esse: cum ex
populorū consensu ⁊ aucto-
ritate originaliter reges
fuerint p̄creati vt ostensū
est. 2. p̄bat. per di. l. ex hoc
iure. ff. de iusti. et iur. ibi
disperse sunt gentes ⁊ reg-
na cōdita: cū ibi no. p̄ doc-
cto. Et expressi⁹ probatur.
per. l. nō dubito. cū ibi no.
per glo. et docto. ff. de cap-
ti. et post li. et per Bartho-
lū. in. l. hostes. eo lib. ⁊ tit.
vnde in d. l. non dubito sic
dicitur. Itā nō dubito quin
federati. i. cum quib⁹ feci

ma⁹ treugas & liberi nobis
extranei sunt et illi apud
nos et libertatem suā et do
minū rerū suarū eā atq; a
pud se retineāt: & eadē no
bis apud eos contingat: li
ber autē popul⁹ est is / q̄ nul
lius alteri⁹ populī potesta
ti subiect⁹ est: hec tibi. Pa
rs. 2. Probat per sententiā
omniū doctoz⁹ vtriusq; iu
ris q̄ dicūt q̄ rex in regno
suo qui. s. non recognoscit
superiorē tantaz̄ habet po
testatē vel maiores quā ipe
rator in imperio. Cū impa
tor nō transmittat imperiū
ad heredes quod rex facit
regnū suū. Et in .c. licet d
vo. Ita dicit Andre. d̄ iser
in cap. 1. in titul. de vasal.
decrep. eta. quē omnes se
quūt / & dicit ba. in l. exēplo
C. de proba. q̄ rex in regno
suo dicitur imperator regni.
& c. Idem dicunt de duci
b⁹ & alijs p̄ncipib⁹ qui sūt
perpetui / q̄ habēt iura im
perij: idē de ciuitatib⁹ et
cōmunitatib⁹ nō recogno
cētib⁹ superiorē. Ita no. per
omnes doctores in cap. q̄ in
ecclesiaz de cōstitū. et est vt
dixim⁹ cōmunis omniū sen
tēcia: & potest assignari ra

tio naturalis vt in 2. p̄ncipio
videlz: q̄a cuiuscūq; est aliqd
naturale: etiā oportet id ei
se naturale sine quo illud
haberi nō potest. Est & alia
ratio iuridica q̄ cōcordat
p̄dicte. s. cui cōcedit aliqd
explicādū v⁹ exercēdū: om
nia illa vident sibi esse cō
cessa sine quib⁹ illud habe
ri v⁹ exerceri nō potest: vt
in cap. 1. et cap. preterea. &
c. significasti & c. prudētia.
& c. suspitiōis. d̄ offi. d̄ lega

Quartū prin cipium.

Omnis rector cuiuscū
q; multitudinis ho
num liberorū spūalis v⁹ tē
poralis: obligat regimē su
ū ordinare ad bonū multi
tudinis / & regere eā ppter
se ipsam.

Probat. 1. rationib⁹: d̄
inde auctoritatib⁹. Et. 1.
de tēporali regēte sic. Ra
tio. 1. liber est causa sui s̄d̄
philosophū in p̄n. meth. et
nō ordinat ad alid / sed poti
us alia ordiant ad ips. Un
de quicqd̄ circa eū fieri cō
tingat oportet ad utilita
tem ipsius ordinari. Sed

regimen cuiuscunq; cōmu-
nitatis hominū liberorū fit
circa homines liberos. Er-
go ordinari debet ad bonū
7 utilitatē eorū. 2. ratio. om-
nium ordinandorū ad finem
gubernationis 7 ordinis
regulā ex fine sumi necesse
est: quia tūc vna queq; res
optime disponitur: cuz ad
suum finem cōuenienter or-
dinatur et deducitur. Sed
finis vniuscuiusq; cōmuni-
tatis cōgregata est bonum
ipsius: quod cōsistit in hoc
q; dirigantur homines gu-
bernādi in his que a gen-
da sunt vt suppleantur eorū
defectus: corrigantur mores
vt sint virtuosī: viuāt in pa-
ce: defendantur / augeant /
conseruentur et psperentur
per regentes. Ergo rector
obligatur regimē suū ordi-
nare ad finē et bonū multi-
tudinis: et ex fine. i. bono
7 utilitate publica sumere
regulas ad gubernandum
eandē. 3. ratio. Quelibet
pars est ppter totū: et bonus
particulare ordinat in bo-
nū totius: cum esse partis
sit propter esse totius. Sed
rector cōmunitatis est pars

illius. Ergo rector est ppter
eam: 7 bonū eius quod est
particulare. s. regimē 7 qd
quid aliud sit / ordinari de-
bet ad bonū totū 7 nō ecō-
tra: quia bonū gentis diuisi-
uū est q̄ bonum vnius ho-
minis secundū philosophū
1. ethico. Et confirmatur
quia secundū eundem phi-
sophū .8. ethico. regnū
non est propter regem sed
rex propter regnum. 4. ra-
tio. Finis vltimus cuiusli-
bet agētis vlt facētis in q̄
tū est agens vel faciens est
ipse met. Utimur enī factis
a nobis ppter nos: et si aliqd
aliquādo propt aliū homo
faciat: hoc refert in bonū
suū / vlt vtile / vlt delectabile /
vel honestū. Sed cōmuni-
tas vel hominū multitudo
est causa factiua 7 origina-
lis regū 7 rectorū suorū: vt
supra probatū est. Ergo re-
ges siue rectores cōmuni-
tatis sunt propt bonū multi-
tudinis 7 ad ipsas ordinā-
tur. Ergo obligantur vt p-
us. 7c. s. ratio. Ex eo quod
est ad aliud ordinatus dici-
tur ei auxiliū puenire nō
aut aliqd impedimētū.

Sed reges seu rectores multitudinis congregatae cuiuscumque sunt ordinati ad curandum et promouendum bonum illius. Ergo debet ex eis resultare bonum et auxilius prouenire. Sed hoc est regimen iustum et bonum. Ergo: quilibet rex vel rector obligat regimen ordinare ad bonum multitudinis et regere eam propter se ipsam.

¶ Et quibus predicte rationes etiam deseruiant pro regente spirituali: tamen specialiter sequentes ponuntur pro illo: primo sic. In omnibus finibus ordinatis oportet quod ultimus finis sit finis omnium precedentium finium: vel sic ad ordinem agentium sequitur ordo in finibus. Nam sicut supremum agens mouet omnia secunda agentia: ita ad finem supremi agentis oportet quod ordinentur omnes fines secundorum agentium. Quicquid enim agit supremus agens: agit propter finem suum: agit autem supremum agens actiones omnium inferiorum agentium

mouendo omnes ad suas actiones: et per consequens ad suos fines. Sicut apparet de duce exercitus qui quicquid agit: agit propter suum finem quod est victoria: et per hoc mouet tribunos et alias partes principales totius exercitus: ut bene se habeant in suis actionibus ad consequendum suos fines puta ut signum unius aciei ordinet ad signum generale totius exercitus: istud autem moueat ad impetum faciendum in hostes: quatenus victoria habeat. Sed deus est primum agens omnia mouens et ordinans in se ipsum tanquam in omnium rerum a se creatarum ultimum et vniuersalem finem. Quomodo autem rector spiritualis etiam papa maxime in spiritualibus est secundum agens. Ergo oportet quod omnes actiones suas et fines suum ordinet in finem qui est ipse deus. Sed licet omnes creature ordinentur in deum ut in finem: creatura tamen rationalis preceteris et maxime in deum ordinatur sicut in suum ultimum finem: ex eo quia ad

ipſuz finem vltimū vnſuer
ſi ſua ptingere poteſt ope
ratione. ſ. eum cognoscen
do ⁊ amando. Ergo ſecun
dū agentis .ſ. cuiuſcunqz
reſtoris ſpūalis etiā pape
finis debet eſſe ⁊ ad hoc te
net per ſuas operationes
pripaliter intēdere: vt crea
tura ratiōalis .ſ. homines
finem ſuū qui deus eſt con
ſequant. Sed hoc fit quan
do regīmen ſpūale ordina
tur ad ſalutem ⁊ bonū mul
titudinis. Eſt. n. bonū vni
uſcuſuſqz qd finem ſuum cō
ſequat. Malum autē eius
eſt qd a debito fine diuertat
vel impediat. Idē. n. oportet
eſſe iudiciū de fine mul
titudinis ⁊ fine vniūſ ho
minis. Ergo papa ⁊ omnis
reſtor vel paſtor ſpūalis ob
ligat ſuum ordinare regī
men ad bonū ⁊ finem ſpūa
lem totius multitudinis. ſ.
qualiter deum cognoscat ⁊ a
met vt demum ſalutem con
ſequat eternā quod eſt gu
bernare eam propter ſeipſas.
Tunc. n. vnūquodqz recte
⁊ bene regit ⁊ gubernat;
quando ad finem debitum
deducit vt dictum eſt. Eſt

namqz gubernare res que
gubernantur: ad debitum
finem deducere ſecundum
philosophum. 1. ethi. Itēz
omnis potentia vel ars ad
quam pertinet ea que ſunt
ad finē / mouet ad agendū
⁊ ſumit regulas ⁊ leges a
gendi a potētia vel arte ad
quam pertinet finis: qui
bus actiones ſuas ordinet
in q̄tuz conferunt fini. Si
cut ars pigmentaria ab ar
te medicinali ſumit regu
las quibus ordinet portio
nes ⁊ medicinalia reliqua:
ad hoc qd ſanitas acquirat
qui eſt finis artis medici
ne. Et in bellico apparatu /
tribuni qui intendunt or
dinem vni⁹ aciei ſumunt
leges a duce: quib⁹ quicqd
operant ordinant in quan
tū poſſūt conferre ad victo
rias qui eſt finis ducis. Et
ars militaris accipit regu
las ab arte ciuili ⁊ eque
ſtris a militari: ⁊ nauifac
tua a gubernatoria. Sed q̄
libet reſtor et paſtor ſpiri
tualis etiā ſummus reſtor
papa habet potentias ⁊ ar
tem eoruz que ſunt ad finē
vltimum quem deus inten

dit qui est / vt homines ip-
sum deus cognoscant ⁊ dili-
gant atq; eo fruant. Ergo
moueri debet ad agēdus.
i. ad regendū ⁊ gubernan-
dus spūaliter homines ⁊ pro-
uidendū animab⁹ per legē
⁊ regulas diuinas: ⁊ omnes
actiones suas taliter ordina-
re ⁊ dirigere in quantū po-
terit: quaten⁹ subditi .i.
oues sibi credite finem .i.
salutes quam de⁹ intendit
cōsequant. Iustum enī est
vt inde vnusquisq; sumat
regulas magisterij: vnde
honoris cōsecrationē acce-
perit ⁊c. Et. 12. disti. cap.
de his. Ergo omnis spūa-
lis rector obligat regimē
suū ordinare ad bonū mul-
titudinis sibi subiecte ⁊ eā
propt seipsam gubernare.
C. 2. probat predictus. 4.
princīpium auctoritatib⁹
pro vtroq; simul. s. spūali ⁊
tēporali rectore. 1. ad cho-
rīn. 10. ⁊ vlti. cap. potesta-
tem quā dñs dedit mīhi in
edificationem ⁊ non in de-
structionē: ⁊ dñs vtiq; in so-
hāne quadā importuna in-
terrogatione/ter querens
a suo successore beato Pe-

tro: q; si ipsum diligit gre-
gem suū pascat: Petre (in-
quid) amas me? pasce oues
meas Johānis. 21. quasi
in hoc consistat tota pasto-
ralis cura pfer⁹ videlicet
⁊ vtilitas gregis. Unde ⁊
merito pastores vocantur
quib⁹ vigilancia incūbit
ad subditoꝝ vtilitatem se-
cundus. S. tho. hoc etiam
apparet p philosophus. 8.
ethi. Vbi ponit differenti-
as int̄ tyrannū ⁊ regē: quia
rex ordinat prelationē ⁊ re-
gimē suum ad bonū gentis
cui preest: propt eay vtili-
tatē statuta ⁊ leges faciens:
tyrannus autē regimē suū
ordinat ad vtilitatem pro-
priam. Et dicit tyrann⁹ no-
mine a fortitudine deriva-
to: quia .s. per potentiam
opprimit: non per iustitiā
regit: secundū. S. tho. Di-
cit etiā a tiro quod est an-
gustia vlt̄ tribulatio: quia
populos quibus domina-
tur angustiat ⁊ in tribula-
tione ponit. Ezechielis quo-
q; 34. dicitur. Ne pasto-
ribus Israel qui pascunt
semetipsos. Nonne gre-
ges pascunt a pastoribus?

lac comedebatis et lanis o
 periebamini. Quod cras-
 fun erat / occidebatis: gre-
 gem aut meum non pasceba-
 tis. Quod infirmum fuit non
 consolidastis. Et quod egro-
 tum non sanastis. Et quod con-
 fractum non alligastis: quod
 abiectum non reduxistis / et
 quod propter non quaesistis. Sed
 cum austeritate impabatis
 et cum potentia. In quibus
 quidem verbis nobis suffici-
 enter forma utriusque regi-
 minis spiritualis et temporalis
 traditur redarguendo con-
 trarium. Secundus. S. tho.
 lib. 3. cap. 11. de regimi-
 ne. In iure etiam canoni-
 co et civili patet: qualis prin-
 ceps siue rector debet uni-
 uersa agere ad utilitatem
 subditorum. Unde in prologo
 sexti libri decretalium di-
 cit Bonifacius papa. Solli-
 citamur curis continuis et
 assidua meditatione vige-
 mur: Ut iuxta credite nobis
 dispensationis officium:
 subditorum commodis (in quo-
 rum prosperitate utique prospera-
 mus) iugiter sollicitudinis stu-
 dio intendamus. Amplecti-
 mur quippe voluntarios p

ipsoꝝ quiete labores ⁊ noc-
 tes quoq; trāsim⁹ infōnes
 vt scandala remoueam⁹ ab
 ipsis. Dec tibi ⁊ in multis a-
 lijs locis: et in autē. Et tu
 di. sine quo. su. in pn. colla-
 2. Ut comisse sibi a deo rei
 publice utilitatem pcurret.
 Et in aut. vt differe. iudi.
 in pn. colla. 9. ⁊ debet ad ip-
 sius rei publice sustentatio-
 nē respicere. Et in cōsti. C.
 5. Ideoq; Et secundus q
 possibile est / omnium cōmo-
 dis subiectoꝝ prospicere.
 Et in. l. si quis filiū. C. de in-
 offi. testa. 20. Ex isto. 4. pn-
 cipio ⁊ eius probationib⁹

¶ Sequitur. i.

Destas quicūq; tēpora-
 lis subdit debet potesta-
 ti spūali in his q ad spūalē
 finē pertinet: ⁊ illā ab ista
 oportet sumere leges ⁊ re-
 gulas q b⁹ regimē suū tēpo-
 rale ordiet: qten⁹ fini spūa-
 li cōueniat ⁊ tēdentib⁹ ad
 illū ipedimētū nō existat.

¶ Probatur: quia quan-
 docunq; aliqua ordinan-
 tur ad aliquē finē: omnia

dispositioni illi⁹ subiacent
ad quē pncipalit⁹ p⁹inet il-
le finis: Sicut apparet in
exemplo posito d⁹ exercitu.
Omnes. n. partes exercit⁹
et eor⁹ actiones v⁹l opa ordi-
nant⁹ ad bonū ducis quod
est victoria sicut in vltimū
finē: z p⁹ hoc ad ducē p⁹ti-
net totū exercitū governa-
re. Sed omnes homines d⁹
mūdo z potestates q⁹ in eis
et apud eos sunt: ordinant⁹
in finez vltimū b⁹itudinis
cutus cura z sollicitudo ad
potestatē spūalē p⁹cipue eā
que in papa residet / p⁹inet
pncipalit⁹. s. q⁹l⁹ter omnes
homines p⁹ fides z dilectio-
nē ipsū deū (ad quē ōnia
et p⁹sertim creatura ratio-
nalis ordinant⁹) cōsequi et
attigere possint. Ergo po-
testas tēporalis subdī d⁹bet
spūali z ab ista illa sumere
regulas regiminis sui tē-
poralis z ita suas actiones
per eas regulare: quaten⁹
eiusmodi beatitudinis fi-
ni conueniant z tendenti-
bus ad illā impedimentuz
nō existant. Quia supra in
2. ratione dictuz est: omni-
um ordinandorū ad finem

gubernationis et ordinis
regulam ex fine sumi neces-
se est: vt patet ex. 2. phi si. si
militar ars q⁹ est de fine im-
perat z dat regulas arti q⁹
est de his que sunt ad finē:
vt civilis militari milita-
ris eq⁹stri. zc. Sed ars q⁹ in
rectore spūali potissime in
papa residet est ars artium
(vt gregorius dicit in pas-
torali z habet. C. cum sit de
eta. z q⁹lita) q⁹ curā habet d⁹
vltimo fine. Omnes autē
alie artes z regimīna secu-
laria sunt d⁹ his q⁹ sunt ad fi-
nē. Ergo idēz quod prius.

Secūdo sequit⁹

Universe he indiane
nationes z populi re-
gende z gubernande sunt
spiritaliter z tēporaliter
ad bonum ipsorum z prop-
ter se ipsos: vt quicquid in
regimīne temporali circa
eas agatur vel disponatur:
obligantur hispaniarū re-
ges agere z disponere ad
omnimodā vtilitatē spūa-
lem z tēporalem earum.

De spūali regimīne nul-

li est dubium: cum sint ani
me rationales xpi sanguis
ne redēpte ⁊ q̄ a dei proui
dētia specialī modo regū
tur propt̄ se ipsas. De tēpo
rali vero pbat per. s. ratio
nes in hoc. 4. principio ad
ductas. Et ratio eaz est qz
omnes iste natiōes ⁊ popu
li sunt liberi / terras inha
bitātes liberas vtpote nul
lū recognoscētes extra se
dñz vel superiorē tā sui ip
soz q̄ terraz suarū et reruz
particulariū : quod patet.
Quia ab hīnc q̄nquagin
ta ⁊ tres annos retro nulla
notitia erat in mūdo de eis
Itē regiones et regna sepa
rata amplissima habēt ⁊ in
eis dominiū ⁊ iurisditiōnē
liberā et iura imperij a tē
pore / cui⁹ nō erat memo
ria exercētes: que autorita
te et cōcessiōe diuina ac iu
ris naturalis ⁊ gētū a p̄n
cipio p̄occupauerūt ⁊ icolu
erunt: inueniētes illa vacā
tia ⁊ in nulli⁹ bonis v̄l pos
sessiōe existētia: q̄ omnia
possunt liq̄do per. 1. ⁊. 2. ⁊
3. principiū apparere. Et
qz Hispaniaz principes fa
uore fidei a sede ap̄lica re

ceperunt curā et on⁹ dādī
operā adptotuz hunc mar
imū Indiaz orbem fides ca
tholicā predicādū ⁊ ampli
andū xpianā religionem:
quod per cōuersionē harū
gentiū ad xp̄m fieri neces
se est: ad quod efficiēdū p̄
pria spōte imo ex ppria pol
licitatiōne ⁊ apostolica ac
ceptatiōne simul ⁊ cōcessiō
ne addito formali p̄cepto/
se obligarunt p̄ncipes n̄ri:
idcirco rectores ⁊ superio
res huiusmodi orbis prop
ter bonum duntaxat inco
larum et habitatorum eius
effecti sunt: ⁊ p̄cōsequens
debitores deo ⁊ ecclīe dei
eis dēqz gentibus ⁊ popu
lis ad regendum ⁊ gubero
randū eas bono ⁊ optimo
regimīne: quod consistit
(prout in. 2. ratiōne visum
est) in dirigēdo populos
et gentes huiusmodi in
his que agenda sunt / in su
plendo eorum defectus: in
corrīgendo mores: in con
seruādo eis vitam et liber
tatē / dñta taz rez q̄ homi
nuz: status et iurisditiōes:
⁊c. omnia q̄ spectant ad ius
singuloz et comunitatum

seu etiā naturalium domino
 rñ ne fides ⁊ religio p̄p̄ia
 na reddat eis onerosa / odí
 osa / intolerabilis / horribí
 lis ⁊ penit̄ abominabilis ⁊
 p̄niciosa. Et quia huiusmo
 di yndiane gentes a natu
 ra sunt humillime / pussilla
 nimes / valde pacifice / ⁊ mā
 suetissime: quāobrem faci
 lius possunt ledi imo valde
 leduntur ⁊ grauatur et op
 primuntur ab hispanis: pp
 terea tenentur hispaniarū re
 ges de necessitate salutis d̄
 fendere eos ab illis nō qua
 litercunq; sed efficaciter p̄
 iustitie administratiōne et
 alia remedia oportuna: atq;
 totus deniq; regimē suum
 ita ordinare / moderari et
 disp̄dere: quaten⁹ in pace
 et q̄ete viuentes nec nō su
 is bonis et iurib⁹ cōserua
 tis cunctisq; exteriorib⁹ in
 pedimētis exclusis ac p̄cul
 omnino reiectis: gratati⁹ /
 liberius ⁊ facilius / fidē ca
 tholicā amplectantur: et im
 buantur bonis morib⁹ / atq;
 in deum verū creatorē ⁊ re

dēptorem credētes finē ra
 tionalis creature eternā. s.
 beatitudinē consequantur.
 Quod est finis et intentio
 dei et vicarij ei⁹ summi p̄
 tificis: Ad quod q̄dē totis
 virib⁹ ⁊ ōni conatu efficiē
 dū cūctis Hispanoꝝ cōmo
 dis / et ipsoꝝ regū postposi
 tis: reges n̄ri maiore vicu
 lo q̄ ceteri reges in regnis
 suis / obligati sunt. Et hoc
 ideo q̄a nō ob aliā causam
 nisi istā vt fides. s. eis effica
 citer p̄dicaretur et in iusta
 ⁊ debita policia cōseruare
 tur: sedes ap̄lica mota fuit
 tāq; ex causa finali imo nec
 alia causa potuit subesse d̄
 iure / ad cōmittendū regna
 hec ⁊ orbē istū prefatis n̄ris
 ichtis regib⁹ addito (vt p̄
 dixim⁹) formali precepto.
 Et iste est finis sui regimi
 nis. Et ita eidē sedi ap̄lice
 polliciti sunt vt apparet in
 litteris apostolicis prefate
 concessionis. Que quidē
 pollicitatio transiit in pa
 ctus postq; prefata sedes ac
 ceptauit eādē secūdū iura.

¶ Approbata fuerūt dicta p̄ncipia p̄ doctores seq̄ntes
 Frater petrus de cōtre Frater vincentius Carri
 ras. Magister. llo Rector.

¶ Impressum Hispali in edib⁹ Sebastiani Trugilli.